suscipiendum archanum mi=
nus idonea tunc animorum di
spositio videbatur Successiue
sequentibus annis paratiorē
ad credendum mentes perpē
dens: nonnunqȝ visionem ali=
quam in medium adduxi: non
aperiens eam se propheticam
visionē: sed tantum in morem
parabole illam populo propo
nens. Demū magnā contradi=
ctionem et irrisionem omnifa
riam conditionis hoīm conspi
ciens: plerūqȝ ex pusillanimita
te ab his desistere et alia pre=
dicare firmiter statuebam: nec
poteram. Quicquid enim le=
ctionis ⁊ studii a priore cepto
declinabat: tedium suggere=
bat: ⁊ quotiēscunqȝ cogitabaȝ
vel etiā conabar alia predica=
re: vsqȝ a deo desipiebaȝ: vt mi
chimetipsi displicerē. Ex quo
memini predicantem me Flo=
rētie in templo sancte repara=
te Anno dñi. M.ccccxc. cōsti
tuisse compositū iam sermonē
secunde dñice quadragesima

lis super huiusmodi visionib⁹ supprimere et de cetero a talibus abstinere. Testis est autē deus: q̄ totum diē sabbati antecedentem ꝛ integram noctē proximam vsq; in lucez insomnes protraxi: adeoq; omnis mihi preclusus aditus et queuis doctrina preter hanc subtracta fuit vt alio prorsus me vertere nequiuerim. Et diluculo tandem longa vigilia fesso et oranti michi dictum fuit. Demēs nonne vides deum velle: vt talis in hunc modum annūcies. Quamobrem eodem mane terrificam predicationē egi Notum est quoq; assiduis auditoribus meis: scripture a me exposite q̄ apte semper conditioni presentium temporū conuenerint. Et inter alia vnum illud summo ingenio et doctrina viros in admirationem adduxit videlicet quod cum ab anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo vsq; ad nonagesimum quartum per omnes saluatoris aduentus et quadragesimas: vna duntaxat excepta bononie concessa: super Genesim predicationes continuas suscepissem: semper a relicto puncto vltimo lectionis siue aduentus: siue quadragesime precedentis inchoando procedens: numq̄ attingere potui capitulū diluuii nisi postq̄ tribulationes hec initium habuerunt: itaq; paucis diebus existimandi mihi mysterium fabricationis arce noe me expediturum tot et tanta circa eiusmodi fabricam se quotidie obtulerunt: vt totū aduentum et quadragesimaz nonagesimi quarti anni i eo mysterio et fabricatione consumsperim. Et volente ducenteq; deo desinens vbi legitur Cenacula et Tristega facies in se a rursus Septēbri primo in festo sancti Mathei apostoli sequentem textum. i. Ecce ego adducam aquas diluuii sup terraz: prosecut⁹ sum. Cumq; iam omnibus constaret Regem Galliarum cum copiis suis Italiam ingressum esse: propositio in initio sermonis eiusdem verbis videlicet. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram: subito plerisq; attoniti falsi sunt hanc Genesis partitionem oculto dei instinctu successiue pro temporum opportunitate sus ministratā fuisse. iter q̄s aderat comes Ioannes Mirandulan⁹ vir tp̄ibus

nostris ingenio et multiplici
doctrina sīgularis:qui ad' ea
verba inhorruisse ⁊ diriguis-
se sibi comas postea michi re-
tulit Ut igitur ad rē redeam
in illis primis annis futura
hec argumentis tantum scri-
pturarum rationibus et va-
riis parabolis propter indi-
spositionem populi prenuncia-
bam. Deinde insuper in vere
cepi ostēdere hec futura alio
lumine: quam sola scriptura-
rum intelligentia a me habe-
ri Demum rem clarius adhuc
aperire aggressus sum. ver-
ba mihi diuinitus inspirata
iam ad verbum sincere profe-
rens:inter que sepe repetebā
Hec dicit dominus deus. Gla-
dius domini super terram ci-
to ⁊ velociter. Itemqꝫ alias
hec dicit dominus deus. Gau-
dete ⁊ exultate iusti:veruntā-
mē parate animas vestras ad
tentationem lectione medita-
tione:et oratione.et liberabi-
mini a morte secunda. Et vos
o serui nequam qui ī sordibus
estis:sordescite adhuc. Uēter
vester ipleatur mero.renes ve-
stri dissoluantur luxuria: ⁊ ma-
nus vestre sanguine pauperū
polluantur:hec enim est pars
vestra ⁊ hec sors. Sed scitote
quia corpora vestra et anime
vestre in manu mea sūt et post
breue tempus corpora vestra
flagellis conterentur: aīmas
autem vestras igni perpetuo
tradam. Que verba non ex
sacris decerpta scripturis vt
aliqui arbitrabantur sed e ce-
lo nouissime tunc prodierunt
Et quoniā in visiōe vna mul-
ta eiusmodi verba de celo mis-
sa continentur: quorum par-
tem. tunc palam feci:contecta
nihilominus visione ne ab in-
credulis irrideretur:solā hāc
modo describendam necesse
putaui: vt intelligatur quo
ordine verba illa a me tunc
publice pronunciata emanā-
rint. Uidi itaqꝫ anno millesi-
mo quadringentesimo et no-
nagesimo secundo nocte pre-
cedente vltimam meam de-
clamationem aduētus domini
in tēplo sancte reparate ma-
num in celo cum ense: cui in-
scriptum erat. Gladius dñi su-
per terram cito ⁊ velociter.
Super manum autem inerat.
vera et iusta sunt iudicia dñi.
Ipsius vero manus brachium
egredi videbat a tribus ī vna
luce faciebus q̄rū pria ait. Ini-
q̄tas sāctuarij mei clamat ad
me de t̄ra. Secūda rñdit Ui-
sitabo ergo in virga iiq̄tates eo-
rū:⁊ ī verberibus pctā eorum

Tertia subiungit. Michi iam meã non dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea & miserebor. pauperi & inopi. Rursus prima iniquit Oblitus est populus meus mandatorum meorum diebus innumeris.

Secunda respondit. Cõteram ergo & cõfringam & nõ miserebor tertia subiungit. Memor ero ambulantium in pceptis meis. Deinde vox ingens ex tribus faciebus sup vniuerso orbe simul ĩtonuit dicẽs. Audite oẽs habitatores terre.

Hec dicit dominus Ego dñs loquor ĩ zelo sancto meo Ecce dies venient: & gladiũ meũ euaginabo super vos. Cõuertimini ergo ad me anteq̃ cõpleatur furor meus. Tunc enim angustia superueniẽte requiretis pacem & non venit. His finitis verbis: totius conspectui meo orbis insinuari visus est. Tum multitudo angelorum e celo in terram in albus descendebat: in numeras stolles candidas in humeris et cruces rubeas ĩ manibus gestantium. Hicq; vniuersum orbem perlustratas singulis hominibus candidã vestẽ & crucem pferebãt: aliqui oblatum munus suscipiebãt & induebãtur. Aliq respuebãt nec tamẽ aliis quo min9 acciperẽt ipedimẽto erant. Nõnulli vero & aspnabãtur ipsi: & ceteros p viri b9 suscipe phibebãt. Hi postremi erãt tepidi & humana sapiẽtia tumidi: qui et deride bãt ipsi: & aliis ne acceperent suadere conabant. Post hec manus illo ensem versus terrã iclinauit. Mox q; dẽsis nubib9 aer obduci vis9 est: cõpluẽs gladios & grandines horrisonis tonitruis & sagitta et ignes. et in terra bella / pestis fames. & ĩnumere tribulationes exorte sũt. Cospiciebã vero angelos per medios populos gradientes: & pocula limpidi meri ipsi cãdidatis & cruciferis ppinãtes. Quo hausto illi dicebãt. Quã dulcia faucibus nr̃is eloq̃a tua dñe Residẽtem de hinc ferẽ in fundo calicis iidẽ angeli ingerebant aliis. Qui ab eius potu se auertẽtes videbantur penitẽtiã appetere nec illam conseq poterãt dicentes. Quare obliuisceris nostri dñe. Volẽtesq; oculorũ aciẽ in deũ intendere tribulationis grauedine ppediebãt. Tanq̃ enim ebrii erãt Quorũ cor mediis e pctõrib9 euelli videbat. q̃rensq; hũanarũ voluptatũ solatiũ nõ inueniebat: pptcrea velut amen-

tes et excordes agebantur.
Post hec vehementissimam
vocem ex tribus illis faciebus
sic audiui dicētem Audite er-
go verbum dñi. Propterea
expectaui vos: vt miserear ve
stri. Uenite igitur ad me: quia
benignus et misericors sum:
faciens misericordiam oībus
qui inuocāt me. Qd̄ si nolue-
ritis. auertam oclos meos a
vobis in ppetuum. Inde ad iu
stos vox illa se dirigēs dixit.
Uos aūt gaudete iusti et ex-
ultate: q2 cū pertransierit bre
uis ira mea: pctōrū ꝯfringam
cornua et exaltabūtur cornua
iusti. Statimqꝫ visio euanuit
dictumqꝫ hoc ad me peruenit.
Fili si peccatores haberēt o-
culos viderent vtiqꝫ ꝙ gra-
ui et dura sit hec pestis et acu-
tus gladius Pro dura vero
peste et acuto gladio signifi-
cabat spiritus loquens: pra-
uorum prelatorum regimē et
predicatores humane philo-
sophie: qui nec ingrediuntur
ipsi regnū celorū: nec alios in-
gredi sinūt. Ex quo iudicabi-
tur ecclesiā adeo corruisse: q
horum spiritalis impugnatio
lōge sit grauior ꝙ alie corpo-
rales tribulationes: quecūqꝫ
ipsi ecclesie accidere possint.
Ideo ab eodē spū michi dictū
est vt exortarer ꝛ rogarē po-
pulos ad obsecrandū deū: vt
suū timorē ī terrā immitteret
renouaretqꝫ amorē et memo
riā beneficiorū: ꝛ passiōis vni-
geniti sui in cordibꝰ humanis:
et bonos pastores ac diuini
verbi pcōes ecclesie daret: qui
gregē suū: nō seipsos pasceret
Post ista vero deo pariter in
spirāte predixi quedā trāsitu-
rū alpes in Italiā similē Cy-
ro de quo ita scribit Esaias.
Hec dt dñs Christo meo Cy-
ro: cuius apprehēdi dexterā
vt subiiciā ante faciē eiꝰ gen-
tes ꝛ dorsa regum vertā: et a-
periam corā eo ianuas ꝛ por-
te non claudentur. Ego ante
ibo ꝛ gloriosos terre humilia
bo. Portas ereas conteram
ꝛ vectes ferreos confringam: et
dabo tibi thesauros abscōdi-
tos: ꝛ archana secretorum vt
scias quia ego dñs qui voco
nomē tuum deus Israel pro-
pt seruū meū Jacob et israel
electum meum. Dixi quoqꝫ ne
Italia arcibus et propugna
culis suis fideret: qm̄ absqꝫ vl-
la difficultate ab illo expugna
rentur. Florētinis etiam pre-
dixi psertim innuēs q tūc gu-
bernabant: ipsos electuros eē
consiliuꝫ ac deliberationē sue
saluti atqꝫ vtilitati cōtrariaꝫ

et ꝙ infirmiori ⁊ qui superan=
dus eēt adhererēt: ꝙꝙ tanꝙ
temulenti omne cōsiliū pror=
sus amitterent. Que cuz iam
maxime vicina ceruicibꝰ eoꝝ
impēderēt: etiaz tunc minime
credebantur: me sepe attestā=
te ꝙ ab humana sapiētia fal=
lerent. Omitto priuata et sin
gularia a me ꝑdicta: q̄ ad eui
tandū scandulū publice ape
rire fas nō fuit. Sed aliq̄bus
familiariū meorū tū prodidi
veluti ꝑfinitū tempus mortis
innocentii octaui et laurentii
medicis reuolutionem quoꝙ
florentini regiminis seu statꝰ
ꝑdixi futurā. cuz primum rex
Francorum pisas aduētasset:
et huiusmodi plura prefatus
sum. Que si modo recensere
vellē: qm̄ tunc vulgo non inno
tuerunt: forsitan tunc minime
crederentur. Appropinquāte
insuper rege Francorū et re=
uolutione Florētini statꝰ im=
minēte: licet sup ciuitate Flo
rentie ensis mihi apparuisset
et multa in ipsa ciuitate cruo=
ris effusio: tamen mecū reuol=
uens: ꝙ deus eam potissimuz
in qua hec prenūciarētur ele=
gisset: cepi vehemēter spera=
re ꝓphetiā hanc sine ꝯditiōe
nō esse: ꝙꝙ si penitētia popu=
lus duceretur, indulgētissimꝰ
deus salutem iudicii partem
deliniret. Calēdis igit̄ nouem
bris id ē sanctorū omniū solē=
nitate et duobus ꝓximis die
bus voci et lateri nō peperci:
et vt omni populo notum est
tantum ex pulpito declama=
ui: quod infirmior corpore fa=
ctus pene langui. Tunc soluē
da tantum pane ⁊ aqua ieiu=
nia: ⁊ frequentes ac deum ora
tiones vniuerso populo indi=
xi sepe altius exclamans ver=
ba ab codez fonte hausta: ex=
quo alia deriuauerīt. s. o Ita=
lia ꝓpter peccata tua venient
tibi aduersa o florentia pro=
pter peccata tua venient tibi
aduersa. O clerica propter te
orta est hec tempestas. Illud
sepius repetens: quod Italia
euerteretur et roma ꝑsertim:
exclamans pariter et dicens
hec ab eodez spiritu reuelata
mihi verba. O nobiles. O sa=
pientes. O plebei Manꝰ dn̄i
valida super vos: cui nec po=
tentia: nec sapiētia: nec fuga
resistere poterit. Propterea
expectauit vos dominus / vt
misereatur vestri. Conuerti=
mini ergo ad dominum deuz
vestrum in toto corde vestro
quia benignus et misericors
est. Qd si volueritis: aduer=
tet oculos suos a vobis sper=

petuum. Post hec adueniēte christianissimo Francorū rege rogatus fui a magnificis dominis Florētinis. vt ad illius maiestatē cum nonnullis eorum ciuibus legationē suscipere vellem. In quo patres ordinis nostri et alios ciues mature consulens ab omnib⁹ vnanimiter ad profectionem hanc adhortatus fui Ad qđ onus sub eundum nos tantū eorum omnium persuasiones. quātum charitatꝭ iura me coegerunt. Profectus itaq͡ȝ cum delectis legatis pisas coram regia maiestate/ que deus ante premonuit in hunc mundū exposui vernacula lingua Omnipotens deus/ in cuius manu oīs potestas ⁊ regnum est Christianissime rex/ ⁊ magne minister diuine iustitie infinitam suam bonitatem suis creaturis impartitur: et communicat duobus modis scilicet per misericordiam et iusticiā per misericordiam quidem ad suum amorem creaturam attrahendo ⁊ conuertendo: per iusticiam vero creaturam ipsam sepe ꝓ demeritis a se repellendo. Qui duo modi ita connexi sunt: vt in omnibus operibus ⁊ creaturis ei⁹ semꝑ simul gradiantꝛ. Sicut scriptum est. Uniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas. In dānatos quidem iusticiam exercet: dum iis peccatorum penam infligit. Misericordiam quoq͡ȝ eisdem adhibet: quoniā citra cōdignum plectit: et minusq͡ȝ puniēdi sūt punit. Beatus vero misericordiā prestat: quibus abundantiorem donat gloriā: q͡ȝ eorum opera mereātur ad labores. Justitiam pariter seruat in communicanda eis gloria iuxta maiora / vel minora acte vite merita. Et quia medium sapit naturā extremorū: quod de beatis et de damnatis diximus. Ex aliis pariter creaturis coniectare facile licet: id est misericordiā et iustitiā sese vsq͡ȝquaq͡ȝ cōcomitari: q͡ȝuis diuersas conditiones ⁊ diuersos sortiantꝛ effectus. Ad misericordiam enī ptinet patienter tolerare peccata longanimiter peccatores ad penitentiam expectare: eos suauiter aduocare et dulciter allectos ad se trahere tractos vero complecti: clementer indulgere benigne iustificare Largire ī gratia magnificare ⁊ copiose thesauris infinitis celestis glorie cumulare. Ad iustitiā attinet post q͡ȝ peccatorem patienter per

tulerit:lõganimiter expect a uerit suauiter/sepiusq vocauerit:vbi penitus hec ille cõtempserit. Eũdem gratia priuare : virtutibus destituere: lucẽ sub trahere:intellectum obtenebrare:et sinere illum ĩ quoduis precipitium peccatorum ruere:vtq in malum illi omnia cooperentur permittere. Deniq eterno ipsuz supplicio apud inferos punire. Cum igitur immensa dei bonitas hominum amatrix grauia italie peccata patientissime tolerauerit:⁊ longanimiter iam tot annos ad penitẽtiaz expectauerit : suauiterq ⁊ sepissime per plures seruos suos vocauerit. Illa ecõuerso nec aures abhibere:nec pastoris sui vocẽ agnoscere nec peccatorum suorum penitentia duci voluerit:quin potius patientia dei in superbiam abusa sit et scelera quotidie multiplicauerit:atq aggrauauerit minime agnoscendo vel pansando dei beneficia imo sacrum baptisma: et xp̄i sanguinẽ contẽnẽdo meretriciam insuper facie:et adam atiuam frõtẽ pferendo statuit summus:atq oīs deus iustitie cursu procedens:in illam iudicium exercere. Veruz qr =(vt prediximus)mīa et iustitia in operibus diuinis omnibus semper vna incedunt: adeo immẽsa fuit dei bõitas vt ad faciẽdã pplo suo cũ iustitia misericordiam:vni suo inutili inter alios seruo hoc aperuerit sacramentuz:scilicz queadmodũ intẽdebat ecclesiam suam mediãte graui flagello in melius reformare.

Quod sacramẽtum hic inutilis seruis inspiratione et visu diuino(iam quartus agitur annus)in ciuitate floẽtie cepit predicare. Ex quo nunq in hunc vsq diez destitit altis preconiis populum ad penitentiam excitare. Testis est vniuersa ciuitas. Testes sunt nobiles ⁊ ignobiles:⁊ vtriusq sexus tam iuniores : q̃ seniores:ciues quoq ⁊ agricole:ex quorum numero pauci credebant aliqui minime:aliqui etiã irridebant. Sed deꝰ qui mentiri nequit quecunq hactenus eo iubent eꝰ prenunciata sunt vsq in presentem horam succedere ad vnguem fecit:vt mortales non ambigeant cetera que ex predictis adimplenda restant pari euẽtu pculdubio sequutura. Os aũt ita euenerit supra scripti auditores etiam testes sũt. Et

licet idē seruus inutilis nunq̄z
tue corone nomē ꝓtulerit: vo
luntate dei nondū id sibi per=
mittente: ea tamen erat: quaz
ipse predicādo circūscribebat
ac: latē īdicabat/ cuiusq̄z ad=
uēt⁹ demū expectabat Itaq̄z
tandē aduēisti o rex aduēisti
mīster dī aduēisti minister iu=
sticie: ⁊ felix vsq̄zq̄ q̄z succedat
aduēt⁹ tu⁹ nos te iocūdo cor=
de ⁊: hilari fronte suscipimus.
Aduētus iste tuus corda nr̄a
letiora reddidit/ mētes exhi=
larauit/ omnesq̄z seruos x̄pi
et iustitie cultores: ac sacre vi=
te zelatores gaudio affecit:
sperāt enim q̄ te ministro su=
perbos deus deprimet: humi=
les extollet/ vicia ꝓsternet vir
tutes manificebit obliqua di=
riget vetusta renouabit: et q̄c
quid informe est/ reformabit.
Accede ergo letus/ securus
et triumphans Quando q̄dez
is te mittit/ q̄ super ligno cru=
cis ꝓ nostra salute triumpha=
uit. Nihilominus rex christia=
nissime attentis auribus acci=
pe verba mea et ea cordi ap=
plica: Seruus inutilis cui hoc
reuelatum fuit sacramentum
ex parte dei: id est sanctissime
trinitatis/ patris et filij ⁊ spi=
ritus sancti et saluatoris no=
stri Iesu Christi veri dei filij
dei et veri hominis regis re=
gum domini dominantiuz/ at
q̄z etiaz ex parte totius regie
celestis te ab eo missuz exhor=
tatur ⁊ admonet vt ad ipsius
imitationem vbiq̄z miam im=
pendas: Maxime autē in sua
ciuitate Florentia Que licz
graui laboret peccatoruz ma
le Habet tñ multos vtriusq̄z
sexus dei seruos tam secula=
res q̄z religiosos quorū gra=
tia debes ciuitatez ipsaz con=
seruare vt equore animo deū
tibi propitium ⁊ fautorem in
hac expeditione tua valeant
exorare. Idem seruus inutilis
ex parte dei te exhortatur et
admonet: vt omni diligentia
adhibita tuaris et defendas
innocentes et viduas ac pu=
pillos et omnes miseratiōe di
gnos potissimum pudicitiam
maxime sponsarum Christi in
monasteriis/ ne tua causa ex
aggerent peccata/ que si tua
culpa multiplicarentur/ con=
cessum tibi exalto validū po=
tentie tue robur infirmū red=
deretur. Item ex parte dei te
hortatur et admonet ad offē=
sas libenti animo relaxandas
hoc est si a populo florentino
aut ab aliis te quicquam er=
ratum est/ clementer indulge
as/ ignorātia enim id fructū

est/quia te a deo missum ne=
scierunt. Memento itaq̄ tui
saluatoris /qui in cruce pen=
dēs crucifixoribus sui clemen
ter indulsit. Que o rex si sal=
uaueris / regnum tuum tem=
poraneum deus augebit / vi=
ctoriam vbiq̄ locorum tibi p̄=
stabit postremo regnū immor
tale tibi conferet ipse qui so=
lus beatus est ⁊ potēs rex re=
gum ⁊ dominus dominātium.
Qui solus habet immortali=
tatem/ et lucem habitat inac=
cessibilem quam nullus hoīm
vidit/sed nec videri pōt:cui ē
honor et imperiū p̄ infinita se
cula seculorum amē His dict⁹
mandata populi florentini ab
solui:que hic non est opus in=
serere Interea immutatus est
status florentinus .Ego ita=
q̄ in vrbem reuersus cepi ite=
rum predicare:vt orationibus
et iugi penitentie ab omni=
bus intenderetur.Et certe q̄
apertissime constat diuinam
misericordiā a maximis peri=
culis populum florentinum li
berasse/vlterius in predican=
do verbo salutari presistens
dixi q̄ adhuc transeūda plu=
ra periculosa vada Florenti=
nis superessent q̄ꝗ aliis tri=
bulationibus quaterentur : et
tota Italia precipue euerterē
tur/non aperiendo tamē vn=
q̄ a quibus/ quando et quo=
modo.Nullūq̄ remedium pre
sulibus ecclesie et principibus
Italie/preter solam peniten=
tiam relictum esse.Quibus cū
pecuniarium acerui /non mi=
litum acies/non munitissima
loca et arces profuture essent
Quāuis eīn thesaurū infini=
tum īnumerūq̄ ⁊ validissimus
exercitus/muros ferreos ⁊ a=
damātinas arces possiderent
non modo non sufficiant / sed
vilium more feminarum in fu=
gam conuertantur/qm̄ a deo
excecabuntur/⁊ robore simul
atq̄ consilio priuabuntur Si=
cut in Job scriptum est. Ad=
ducit cōsiliarios in stultum fi=
nem/et iudices ī stuporē.Bal
theum regum dissoluit ⁊ pre=
cingit fune renes eorū. Sub=
iunxi quoq̄ quia vnicus ton=
sor ad corradendam vniuer=
sam Italiam non sufficeret q̄
⁊ alii superuenirent.Et ita p̄
culdubio erit.Plura demum
in eandem sententiam licet in
terdum diuersis verbis pre=
nunciaui . Hoc insup addito
q̄ Thurci ⁊ Mauri tempori
bus nostris ad christianum
cultum cōuertētur : dicens.
Sūt multi de his stantib⁹ qui
hec videbunt.Cuius rei illu=

minatio multuꝫ ante id tēpo=
ris ad me ꝑuenit Cū eñ an=
no. M.cccc.lxxxii. ꝑ quadra=
gesimā predicarē in tēplo sā=
cti Laurentii Florentie: vidi
in nocte diei veneris sancte
cruces duas. Prima quidem
erat nigra ī medio Rome: tā=
gēs vertice celum: ⁊ ꝑ vniuer
sam terram brachia tendens.
Cui inscripta erāt hec verba
Crux ire dei: Qua visa statiꝫ
conspexi rapidis nubibꝰ tur=
batū aera calegare. ventisqꝫ
fulguribus / sagittis / grandi=
nibus / ignibus: et ensibꝰ om=
nia misceri et in numerā hoīm
multitudinē perimi: ita vt re=
liquie eorum in terris modice
superessent. Postmodū vidi
serenū ⁊ limpidū tēpus succe=
dere: Crucēqꝫ aureaꝫ ī medio
Jerusalē ad ꝓceritateꝫ prio=
ris a deo fulgidaꝫ vt totuꝫ or
bem illustraret / ⁊ nouis flori=
bus ac leticia cōpleret: inscri=
ptumqꝫ sic habebat. Crux mi=
sericordie dei. Nec mora: om=
nes terrarū nationes vtrius=
qꝫ sexus ad eā adorandam et
amplectandā vndiqꝫ conflue=
bant. Jn huiusmodi ꝓpositꝰ
plures alias visiones multo
clariores suscepi: sicut etiam
in aliis rebus a me prenūcia=
tis presertim circa ecclesie re

nouationem ⁊ flagelluꝫ: mul=
tis visionibus et certissimis
illustrationibus ꝑ diuersa tē=
pora cōfirmatus suꝫ. Preter
ea ciuitatē florentiam ī meliꝰ
esse reformandaꝫ. ⁊ hanc esse
dei voluntatē: et ciues Florē
tinos necessario ita facturos
esse predixi. Ex quo ciuitateꝫ
ipsam gloriosiorē / potentiorē
⁊ opulentiorē: qꝫ hactenꝰ fue
rit futurā esse ex parte dei pa
riter predixi. Jdqꝫ ꝓpositum
diuine volūtatis fuisse. res ip
sa probauit. Nā eiusmodi re
formatio cū maximam habe=
ret contradictionē: eo ꝙ mo=
ri et consuctudini ciuitati pe=
nitus aliena cuilibet videret
sortita est effectum quod hu=
mano iudicio impossibile cre=
debatur Hec aūt ꝯtradictio
et mens mala, multorum re=
tardande publice et ꝯmunis
pacꝭ causa fuit: et gratias no=
bis diuinitus ꝓmissas suspē=
di fecit. Cuius rei causa po=
pulū ad orationes et ieiunia
excitaui: Quibus mente ꝓm=
ptissima atqꝫ deuota mltipli=
catis: tandeꝫ pax ipsa īpetra=
tata fuit Et apellatio a sex
fabis dñoꝝ ad cōsilium gene=
rale: quā ego ꝓ firmiori secu=
ritate ciuium ⁊ stabilitate vni
uerse ciuitatꝭ ꝑ sua serā: recto

rdine ꝛ validis statutis san-
ita fuit inde meliori spe suc-
edente instantissimis deuu
rationibus reconciliandum
procuraui: vt restituerentur
gratie Florentinis olim pro-
nisse queãdmodũ in subscri-
pto sermones octaue diei fe-
sti Annũciaonis beate Ma-
rie declarabitur Quem sicut
predicauimus: ita descripsi-
mus videlicet in hunc modũ
¶ Benedictus deus ꝛ pater
dñi nostri Jesu Christi pater
misericordiarũ ꝛ deus totius
consolationis: qui consolatur
nos in omni tribulatione no-
stra: vt possimus ꝛ ipsi conso-
lari eos: qui in omni pressu-
ra sunt p exhortationem qua
exhortamur ꝛ ipsi a deo

Fides viua cum iu-
gi oratione ꝛ longa
nimi patientia dile-
ctissimi in Christo
Jesu tãti est apud deũ meriti
vt nihil sit tã magnũ qđ ab ip
so p eaꝫ ĩpetret. Qđ nõ soluꝫ
probat autoritas noui ꝛ vete
ris testamenti: necnõ antiqꝛũ
patrum nostrorũ experientia
Sed nos quoqꝫ his piculo-
sis temporibus ꝛ comproba-
uimus: ꝛ manu sepe vt ita lo-
quar attrectauimus. Ubi
his tribus armis nõ sine mi-
raculo ꝛ maximis periculis
ciuitati nostre Florentine ꝛ
populo vniuerso imminenti-
bus: sepe liberati sumus. Cuꝫ
etiã ipsius ciuitatis reforma-
tionẽ ꝛ pacẽ ꝛ plura alia pre-
ter humane sapiẽtie opinio-
nem: communẽ fere omnium
existimationẽ in summa con-
tradictione obtinuerimus.
Nec immerito quidẽ tres hec
virtutes simul iuncte digne
sunt: vt a deo in rebus mag-
nis ꝛ excedentibus cõem ali-
orum operũ ipsius cursuꝫ ex-
audiãtur. Primo quia fides
est virtus in res altissimas q̃
naturali rõe probari non pos
sunt: extendens ꝛ firmans in-
tellectum. Eademqꝫ inter ali
as virtutes peculiariter inni-
titur oipotentie diuine. Quã
oipotentiã ipsa fides non du-
bitat oĩa posse propter quam
fidẽ nõ tantũ sensum ꝛ ima-
ginationẽ vir fidelis sed etiã
rõnẽ naturalem omittẽs ꝛ sim
plici corde deo credens res
eximias supra cursuꝫ natura
leꝫ omnẽqꝫ potentiam creatã
ꝛ quãuis sensum ꝛ imagina-
tionẽ ꝛ sapientiam humanam
excedentes impetrare mere-
tur. Secũdo qꝛ cũ deus sit pri
mus rerũ spiritualiũ ꝛ corp-

talium motor: oīs nostra cogi
tatio et bona voluntas ab ipo
priusq̄ꝫ a nobis mouetur dicē
te apostolo. Non sumus suffi=
cientes aliquid cogitare a no=
bis tanq̄ꝫ ex nobis. Cum ergo
quemuis causa naturalis ꝛ q̄=
libet motor intendat ad finem
preordinatum et propter quā
mouet: perducere effectū mul
tomagis causa causarum de=
us summe bonus mouens ani
mos iustorum ad desiderādū
sperandum et petendum a se
res magnas: presertim com=
muni saluti ecclesie conferen=
tes iuxta illud apostoli. Spiri
tus postulat pro nobis gemi=
tibus inenarrabilibus: huius=
modi desiderium spem simul ꝛ
petitionem ad portum perdu
cet optatum. Non ergo miran
dum est si per continuam ora=
tionem: ingentia fides impe=
trat: cum maxime per sacra c.
loquia totiens et tam immo=
biliter petitiones nostras de=
us exaudire pollicitus: etiam
importune nos orare docue=
rit. Preterea cum mentis tri=
sticia in tribulationibus plu=
ra mala operetur: velut iram
odium indignationem: et alia
opera iniusta econtrario pa=
tientia ipsam tristitiam repel=
lēs aut saltem Christi intuitu
deliniens: sui possessorem mul
tis retrahit a pctīs ꝛ in virtuti
bus confirmat. Unde scriptū
est. Patientia perfectum op⁹
habet. Homo itaq; huius se=
culi aduersa propter diuinum
amorē equo animo ferens et
cōsolari et voti cōpos fieri ab
ipso deo promeretur. Unde ait
apostolus. Tribulatio: patien
tiam operat: patientia aūt p=
bationē: pbatio vero spē: spe
aūt non confundit: quia chari
tas diffusa est in cordibus no=
stris per spiritum sanctū: qui
datus est nobis. Postq̄ꝫ ergo
tot tribulationes patiēter tu=
limus assiduis pcibus cū effi=
caci fide insistentes nemo ad=
miret: si ab eo q̄ non ex accidē
ti dono: sed per essentiā bon⁹
est: res arduas et cōem nostri
temporis cursum excedentes
cōsecuti sumus. Quas distin=
cte et ordinate narrabim⁹ cha
ritatibus vestris: prius rogan
tes vt elimata penitus huma
na sapientia in simplicitate pu
re fidei purgatas nobis aures
prebeatis. Cum ergo dilectis
simi ciues vestre ciuitatis sta
tū ꝛ regimē mutatiōi ppinqu
cernerē: cōsyderās q non sin
graui discrimine ꝛ sanguinis ef
fusione tanta mutatio fieri p
terat: nisi diuina pietas ppte

bonorum penitentiam/ieiunia et orationes opitulata fuisset instituui deo inspirante assiduis declamationibus ad penitentiam populum exhortari ob impetrandam ab ipso deo misericordiam. Ob die sancti Mathei vigesimoprimo septembris anno. M.cccc.lxxxiiii. totis viribus aggressus ad confessionem/ieiunia / et orationes populum excitaui. Quibus libenter ab eodem peractis dei bonitas iusticiam vertit in misericordiam. Et nono die Nouembris, status/et regimen ciuitatis sine cruore/alio ve scandalo diuino miraculo mutatum est.

¶ Cum aūt o popule florentine nouam regendi formā sumpturus esses te in templo maiori non adhibitis mulieribus coram magnificis dn̄is et vniuersis magistratibus conuocaui vbi postq̄ plurima de recto vrbium regimine iuxta traditiones philosophorum et sacrorum theologorum disserui tum declaraui q̄ esset naturale regimen ipsius populi Florentini. Hinc sequentibus diebus a predicatione nō desistēs quattuor facienda proposui.

¶ Primū diuinū timorem obseruādum: secūdum rei publice cōmune bonum priuatis et propriis rebus preferendū: tertiū cōmunē et integram pacem in eundem cum iis qui pauloante gubernacula ciuitatis administrauerant. Addēs appellationem a sex fabis dn̄orum ne quispiam in futurum hoc medio principatū in ciuitate sibi vēdicare posset. Quartū vt cōsilium amplū et generale more veneto constitueretur: vt ciuitatis beneficia vniuerso populo non priuato cuiq̄ accepta referentur: ne ea via elatior quis fieri posset. Que quatuor monita esse voluntatis dei vt adimplerentur asserui: qui constituerat vt sub hac regendi forma populus Florentinus in posterum gubernaretur. Et addi neminem huic eius voluntati impedimento futurus quia fabas albas deus conuersurus esset in nigras: id est etiam mutaturum esse corda cōtradicentium: et effecturum: vt q̄ firmiter decreuerāt cōtradicendo in consilio suum negare suffragiū: idē cōsentiendo preberent. Atq̄ ita prorsus euenit: vt omnibus in vrbe vestra palam est: multis ex his: qui in principio contradixerant: talem mutationem se expertos fuisse publice confitentibus.

Non solum aũt auctoritate diuine voluntatis ista quattuor predicta populo suasi Sz ea validis etiã argumentis cõprobaui: ꝛ demõstraui nullam aliam administrationis formã tibi popule Florentine ꝓfuturã. Quã si susciperes taz tibi ex pte dei pollicebar ciuitatẽ tuã gloriosiorẽ solito: tam spirituali q̃ temporali regimine ac statu potẽtiorẽq ꝛ opulentiorẽ futuram.
Uerũ ꝓpter incredulitatem. stultitiã ꝛ malitiã multorũ q̇ iam creato consilio generali se patiet appellationi predictis opposuerunt: diuinis moniti cõtemptis ad iracondiam deus ꝓuocatus est q̇ suã ita dexteram subtraxit vt eiusmodi promissiones ab eo gratias tibi Florentia factas hac de causa reuocatꝰ atq irritas fore vererer. Nichilominus immensa dei bonitate considerata: supradictis orationibus ꝛ ieiunijs post aliquot tẽporis interuallum nõ sine ingenti omnium admiratione vt p̃diximus / ꝛ pax ꝛ appellatio superius cõmemorate locum obtinuerũt Quod mecũ reuoluens cogitaui omissiones diuinas culpa potius nostra ad tempus subtrectas fuisse q̃ amissas Quamobrẽ instauratis orationibus vestris ad casdem grãs recuperandas: me vr̃o nomine apud summũ deũ legationẽ sumpturum obtuli. Demũ post ꝯtinuas orõnes ꝛ ieiunia non presumens adhuc immediate ad sublimem infinite maiestatis thronum accedere sub qua curuantur qui portant orbẽ gloriosam virginẽ dei matrẽ in eius annũciatiõis die: qui nobis est anni pricipiũ a diui obsecrãs vt propter huiusmodi solẽnitatis exultationez dignaret. adud sanctissimã trinitatem aduocationis ꝓ nobis munꝰ suscipere. Ipsa vero humanissime id suscepit: letũq hoc nouũ eodem die tibi popule mi in sancto Marco nostro predicans attuli. Insup persistentibus nobis in orationibus nunciaui vobis me accedies octaue festi eiusdẽ percepisse ꝙ in vltimo die octaue ipsius celebritatis gratia responsa darentur: exhortando vt ceptã orationẽ ꝛ rectã vite institutionez perficere studeritis: quo promissiones ille omni gratia vsquequaq redundarẽt. Nocte igitur perueniẽte diẽ supremũ octaue

pfecturus ad respōsum opta
tum accipiēdum cogitaui: mi=
chi idoneis comitibus et con=
gruis vestibus opus esse. Cōsi
derāti autē michi quas et qua
les comites eligerē plures se
mulieres obtulerūt: inter quas
prima operā suā philosophia
pollicebatur iactās grādē sa=
piētiā tāte legatiōi in tam ex
celso loco conuenire. Rhetori
ca quoq; se ingerens summam
eloquētiā in hac re cōmenda=
bat. Quib⁹ ego et reliquis hu
mane sapientie filiabus re=
spondi: q earū cognitio cū a
sensib⁹ incipiat: non supgredit
res sensibiles: per quas si i ali=
qualem dei noticiā deueniūt:
adeo exiguo est: vt nulla fere
existimāda sit. Tribus eñ ve=
lis obducitur scilicet velo acci
dentium: ex quibus in substātie
corporee noticiā ipse inducim
tur. Substātia vero corporea
secūm affert velum: per quā im
perfecte ab intellectu nostro
deprehensam in consideratio=
nē anime et spiritualiū rerum
succedimus. Tertium velum
est ipsius anime substantia: et
spiritualiū rerū per quas mul
to impfectius reb⁹ corporeis
cognitas intellect⁹ noster i co
gnitionē dei cetera oīa in infi
nitū excedētis ascēdere nitit.

Propterea ex naturali discur
su dei cognitio valde debilis
acquiritur. Beatorū vero co=
gnitio facie ad faciē deū intuē
tium: per quē ordine opposito
philosophie creaturas omnes
speculātur: perfectior incōpa
rabiliter: et maior est naturali.
Uerum inter has geminas cō
ditiones media versatur fides
prestātior philosophie cogni=
tione: et inferior q̄ sit noticia
beatorū. Quoniā aūt quēad=
modū res cognoscimus: ita et
illa nominamus: nimiū despe=
cte et pueriles philosophia et
rhetorica ex lumine rōnis na=
turalis pēdentes apud diuinā
maiestatē: et apud beatos ha=
berent. Quare et philosophiā
et rhetoricā et reliquas sapiē
tias humanas tāq; huic lega=
tioni minus idoneas explodi:
elegiq; fidei et sapientie et elo
quētie diuinarum scripturarū
simplicitatē: intus exteriusq;
totis me virib⁹ oībusq; modis
induens eā scilicet in credēdo
intelligēdo: loquēdo: eūdo: cō
spiciendo: et vestiendo: et om=
nia demum simpliciter facien=
do. Ruminabam enim diligen
ter illud Salomonis dicentis.
Qui ambulat simpliciter / am=
bulat cōfidenter. Et cum sim=
plicibus sermocinatio eius.

Assumpta igitur simplicitate comite adhibitis pariter fide/ oratione: et patientia: ad paradisi limina iter direximus. Domina vero simplicitas pulcherrimum et preciosum munus operatum gestabat: maiestati superne offerendum: cuius mysterium inferius declarabimus. ¶ Ingressis igitur nobis viam/ ecce humani generis callidus temptator mentiens grauem annis et prolixa barba heremitam/ obuiam factus mihi proprior accessit: et habita salutatione sic ait. Fili mi multum iam temporis vicinam hanc heremum/ qua transis/ penitentie gratia colui. Modo autem reuelante spiritu sancto intellexi tuarum predicationum fructum/ rectamque tuam erga deum et salutem animarum intentionem. Simul tamen reuelatum fuit te simplicitate quadam in errorem duci. Nam ob populum a vitiis ad virtutes reuocandum multas tribulationes predixisti: et multa quoque bona simulanter pollicitus es. Quod minime licet. Deus enim cum sit veritas vult suos predicatores esse omni veritate repletos. Cui ego respondi. Non parum ista verba pater admiror. Spiritus enim sanctus non nisi vera reuelat. Quod autem michi obiicis falsum est. Tali siquidem simulatione nunquam vsus sum: nec adeo sum ignarus vt nesciam deum qui est simplicissime nature simplicitatem ipsam summe diligere et odisse duplicitatem: quoniam ea quoquomodo siue in verbo siue in opere mendacium est. Unde scriptum est. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nec sunt facienda mala vt veniant bona. Sentientibus maxime doctoribus sacris: omne mendacium a predicatore de industria in pulpito prolatum: mortale peccatum esse. Neque conuenire in vnum potest: vt per mendacia fructum predicando pepererim. Fructus enim ipse me simulatione caruisse ostendit: immo vt sepe coram omni populo testatus sum nunc quoque testor: et in animam meam iuro: quod si vnquam simulationem predicationibus meis inserui: me deus deleat de libro vite. Nec ita que inspiratio tua a spiritu sancto procedere non potuit.

¶ Temptator autem tunc subiunxit. Si ergo non simulas cum insueta ac inaudita prenuncies plerisque videtur te a melancolico spiritu ad hec excogitanda et proferenda moueri: vel ex somniis/ aut vehementi ima

ginatione hec tibi ipximi. Cui ego minime inquam pater talem in corde meo spiritum sentio: Sed summam letitiã et lumen quoddam non naturale: et phantasmatum non naturalium representationem. Cum enim multum temporis Philosophie studiis impenderim: satis intelligo quãtum naturale lumen rationis: ꝛ vis phantasie se extẽdat. Et scio ꝙ ipsa non attingit ea que ad me perueniunt: maxime futura contigentia: tum propter summum quem semper in dicẽdo seruaui ordinem: tum propter cognitionem ꝛ omnimodam consonantiam in interpretandis sacris scripturis ad presentis temporis propositum: sine vlla earum deprauatiõe aut violenta extorsione seu dissonantia: vt auditoribus meis liquido constat. Que quilibet mediocris ingenii sic non posse a spiritu melancolico aut a somniis vel ab imaginatione vehementi prouenire. ¶ Rursus ille. Ergo aliqua constellatio in horoscopo natalis tui ꝛ cuiuspiam planete vel stelle fixe influxus ad meditanda / proferenda et presagiẽda huiusmodi futura te inclinat. Cui ego pater extreme dementie est credere ꝙ celestis influxus faciat ꝓscire futura dicẽte Philosopho. De futuris contingentibus non est determinata veritas. Et ꝙ de talibus non est scientia neq ars. Nullus etiaz precipuus philosophus grecus aut latinus antiquus / aut modernus reperitur: qui Astronomiam hanc diuinatoriam sectatus sit: licet nonnulli quedam scripta ab aliis edita Alberto magno falso attribuant: vt si erroribus auctoritatem adhibeant. Quod si diligenter ars hec consideretur: si tamen artem appellare fas est: nullius fundamenti nulliusq probationis in assertionibus suis cognoscetur. Ego vero si istis operam darem: fatuas et aniles fabulas me sectari potius ꝙ rem alicuius ponderis vel scientie putarem. Ea enim facilitate qua irrationabiliter affirmãtur: negari ab omnibus possunt: ꝛ nisi nos temporis angustia coerceret: ostenderem superstitionem hanc incipiendorum ꝛ stolicidorum: non acutorum ꝛ ingeniosorum hominum esse. Sed nobis christianum dogma profitentibus in presentia sufficere debet: ꝙ in multis sacre scripture locis ipsa rep=

batur. inter que Esaie capitulo quadragesimoseptimo spiritussanctuscontra Babyloniam loquens sic ait. Sapientia tua et scientia tua hec decepit te. et infra. stent et saluēt te augures celi. qui contemplabantur sydera et supputabant menses: vt ex eis annunciarent vētura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula: ignis cōbussit eos non liberabunt animam suam de manu flāme. Et Hieremie capitulo. x. Iuxta vias gentium nolite dicere: et a signis celi nolite metuere que gentes timēt quia leges populorū vane sūt Et breuiter sacri codices indicant cognitionem futurorum contingentium: proprietatis tantum esse diuine. Solus igitur deus hec nouit: et illi quibus ipse reuelare dignatur. Unde quadragesimoprimo capitu. Esaias ait. Annunciate que ventura sunt in futurum: et sciemus quia dii estis vos. Ideo harum superstitiosorum diuinatoriarum obseruatores quoniam quod diuinitatis est proprium sibi falso vsurpant: grauiter peccant. Hinc est quod doctores sacri omnes et sacri canones: huiusmodi artem detestantur. Quapropter quicunque astronomiam hanc diuinatoriam prosequuntur nō solum stulti et hebetis ingenii nulliusque iudicii homines: sed etiā improbi christiani sunt. Preterea celum non nisi mediantibus causis inferioribus pro dispositione materie operatur. Non enim exēpli gratia illius iuris est ex semine oliue vt possit producere vitē. Quāuis ergo celū in partem hominis sensibilem influat: non tamen eam ad alia phātasmata quam que talis patiatur natura: disponere potest. Ego vero pater iā diu naturā meam sciēs: multo prestantiorā phātasmata iis, que natura prestare potest: in ipsa mea sensibili parte cognosco. Insuper celū immediate in intellectum operari nequit: quia corporeum non agit ī incorporeum. Non ergo celum potest influere lumen quod ego ī me preter naturale sentio. Preterea celum et natura non fabricant artis opus. Neque enim vestes aut domos aut similia construunt. Quia ergo voces significatiue et verborum sententiarumque series: ad artē et rationem pertinent cum ego eas sepe interius exteriusque tam latino quā familiari sermone acceperim: non possunt ea que hoc modo audiui et predicaui

a celovel a natura proueuire
¶ Tentator tunc ait. Ergo
hoc demoniis opera ⁊ poten=
tia fieri possset. Potens enim
ē demon ea que sunt artis ef=
fingere: ⁊ aliquid supra natu=
raꝫ corpoream efficere. Ideo
diabolica fraude certe circun
uenir̄is. Respondi.
¶ Sacras ergo scripturas
pater et sanctorum hactenus
vitas eorumqꝫ doctrinas ab
initio ad fidem percurri. Qui
bus sufficienter intellexi cōdi
tiones omnes diabolicarum
necnon diuinarum apparitio
num. Nec soluꝫ doctrina sed
experientia teneo: quātum in=
uicem differant: longoqꝫ tēpo
re cōprobaui has nostras visi
ones nō posse vllomodo a de=
mone prouenire eo maxime:
quia res a me intellecte et pre
nunciate multo certiores apđ
me sunt ꝙ̄ prima scientiarum
principia apud philosophos
habeantur. Unde manifestuꝫ
est tante certitudinis lumen a
diabolo nullatenus deriuare
posse. Preterea nō potest ip=
se diabolus scire futura cōtin
gentia. Que autem a me iam
multos annos cognita ⁊ p̄di=
cta sūt vētura: ita vidi ⁊ video
ↄtinue succedere vt ne vnū q̄=
dē tota p̄tereat: nec vnꝙ̄ i mi=
nimo fuerim defraudatꝰ In=
super virtutum inimicus dia=
bolus est. Atqꝫ ideo nō est cre
dendum cum ex predicationi=
bus meis tantū germiare fru=
ctum videar qui se subtraxis=
set: aut saltēꝫ aperte me dece=
pisset: vt de cetero mihi nulla
fides adhiberetur: imo que de
me ⁊ de aliis predicatoribꝰ cō
cepta est, penitus aboleretur.
Item in ciuitate Florentia in
qua multum tēporis predica=
tionibus elaboraui: oīs vel
fere oēs recte ac pie viuentes
hanc nostrā doctrinā sequunt
Qui vero iniqui manifeste sci
untur nec christianā normam
seruant: ipsi infesti eam perse=
quūtur: studuerūtqꝫ variis mo
dis et multis argutiis sinceros
hoīes auertere: et me infameꝫ
reddere quin etiam vita priua
re. Nichilominꝰ semꝑ doctri=
na hec habuit incrementū sā=
perqꝫ vberiores fructꝰ ꝓtulit
ita vt assidue augeri discipulo
rū nostrorū numerus: aduersa
riorum vero minui conspiciat
simulqꝫ opera nostra inualesce=
re aduersariorum autē debili=
ora fieri et penitꝰ corruere: ita
ꝙ pater nequaꝙ̄ hec demōis
doctrina aut opꝰ ē: sꝫ xp̄i: qui
i sūmis aduersitatibꝰ sꝑ doctri
nā ⁊ opa sua volūt augeri tē=

b[illegible]oꝛ rurſ⁹ ait. Ut libet fili mi
loquere:michi tñ nunq̃ ꝑſuaſũ
erit ꝙ moꝛtaliũ quẽq̃ chꝛiſt⁹
poſt ſuã in celũ aſcenſionẽ al=
locutus fuerit. Reſpõdi. Ual=
de aberras pater cõtra diuine
ſcripture teſtimoniũ. Nam in
multis locis legif illũ poſt a=
ſcẽſionẽ ſuã plurib⁹ apparuiſ
ſe et inter alios Paulo aplõ
vt in pꝛima epiſtola ad coꝛin=
thios Paul⁹ idem affirmat.
Hoc etenĩ pacto sanctoꝛũ hi
ſtoꝛe mẽtiref: et ſanct⁹ Fran=
ciſcus ſe regulã a chꝛiſto acce
piſſe ꝓfeſſus: decepiſſet mũdũ
Sic ⁊ plures alii ſãcti qui col=
loquiũ cum xp̃o habuiſſe affir
marũt. Preterea ſi pro pecca
toꝛibus crucifixus eſt chꝛiſtus
quid mirãdũ eſt: ſi ipſemet aut
angeli eius ob eccleſie ſctẽ vti
litatez pctõꝛem alloquantur.
Adhuc ſi quotidie xp̃s innume
rabiliũ ſacerdotũ prauoꝝ mi=
niſteria ⁊ tractationẽ in alta=
ris ſacro non refugit: cur indi
gnum cenſes ꝙ pctõꝛes allo=
quatur Sed tantis tenebꝛis
hoies modo cecutiunt vt qḋ i
cõſpectu dei facilimũ eſt: ipoſ
ſibile eis videatur: nec maioꝛa
admiraf / ſed ratioꝛa. Maius
q̇ppe eſt iuſtificare pctõꝛem et
ip̃m ꝑ gratiã inhabitare. q̃z e=
undez alloqui: illud tamen õn
admirãtur ⁊ credũt: hoc vero
.i. allocutionẽ credere nõ poſ
ſunt ¶ Tẽtatoꝛ inq̇t. Fateoꝛ
priſcis tpibus xp̃m multos al=
locutũ. Hac autẽ tẽpeſtate cũ
ingens ſcripturarũ ⁊ doctoꝛũ
copia abunde ſupperat nõ eſt
hoc neceſſariũ ad ſalutem. Re
ſpondi Sacre ſcripture ⁊ do=
ctoꝛes per ſe maxime ſufficiũt
ad erudiendos hoies in viam
ſalutis inſtructione exterioꝛi.
Nihilominus niſi quis inter=
nũ gratie lumẽ habuerit parũ
vtilitatis ex catholica doctri=
na cõſequef: ideo neceſſe eſt i=
terius a deo lumine gratie ꝑ=
fundi: qḋ lumẽ cõmune eſt oi=
bus oꝛthodoxe viuere volen=
tibus. Sz p̃ter id ſepe neceſſa
rium eſt ſpecificũ magis ⁊ ꝑti=
culare lumẽ iis p̃ſertim: qui a=
lios illuminare debent: maxi=
me propter ſingularia ⁊ circũ
ſtantias infinitas ex diuerſita
te tempoꝛum: et cõditione ho
minum: et varietate ſtatuum:
propter quas ſepiſſime ambi=
gitur: quid in preſenti vel in fu
turo faciendũ vel determinan
duz ſit. Et niſi quis ſpãliter di
uinitus illuſtretur: non poteſt
ex ſcripturis ⁊ doctoꝛibus q̇d
magis tũc conducat certioꝛ fi
eri: Nõ enim poſſibile eſt par=
ticularia queq̃ / voluminibus

cõtineri: qz tot libris capiẽdis vix mũdus sufficeret. Ideo iu bebat Plato descendentẽ vsqz ad particularia quiescere. Quoniam vero mutatio vniuersalis ecclesie nũqz sine graui et spirituali et corporali tribulatiõe fieri cõsueuit: necesse est dei electos preparari et firmiores in bene viuendo reddi: ne improuisi offendantur. semperqz si diligenter vetus et nouũ testamentũ cõsiderauerimus: oĩpotens de⁹ hmoĩ mutationem p̃uniens: quid agendum sit: per os seruorum suorum eos premonet: confortat: ꝯsolatur: et illustrat. Ideo ait Amos propheta. iii. capitulo. Si erit malum in ciuitate qđ domin⁹ non fecerit: quia non faciet dñs deus verbum: nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Cum ergo ad fecez ecclesia presens peruenerit eamqz deus p multas tribulatiões renouare intendat: oportuit his temporibus deuz per seruos suos electis suis hec flagella prenũciare vt preparẽtur me eis ĩ cautis ex improuiso ea mala superueniant. ¶ Tentator: Quomodo scire potes tempus renouande ecclesie: cum scriptum sit: non est vestrum nosse tempora vel momẽta: que pater posuit in sua potestate. Respõdi: Aduerte diligenti⁹ verba pater Ait eñ. Non est vestrum nosse tempa vel momẽta: non omnia sed tantum ea que pater posuit in sua potestatevt puta diẽ iudicii in quo regnuz Israel Christus restituet. De quo regno loquebãtur apostoli licet nondũ qualis ea foret restitutio intelligerent: Ceterũ quippe est q dilunii tẽpus Noe determinatum fuit. Hieremie quoqz septuaginta annoruz prescriptio captiuitatis populi Israel: et Danieli septuagita due ebdomade aduẽtus Christi. Sic multis prophetis designata tempora fuere et ab eisdem determinate p̃nũciata. ¶ Tẽtator. Cur te potius ad hoc elegit deus qz alium: cum multi ĩ ecclesia te sint meliores. Respondi. Velim et ego a te hoc scire pater. Cur deus Petruz qui ĩter Christum negauit: et Paulum qui ipsum persecuturus est elegit in principes apostolorum: potius qz nonnullos alios ipsis. Eo tempore meliores. Cur etiam Lucam et Marcum euangelistas faciens preposuit eos hoc ministerio multis aliis: q

eis sanctitate prestātiores vel
saltē equales erāt. Cur demū
elegerit Balaam idolatram ꝛ
iniquum hominem potius q̄
multos alios eo iustiores vel
minus malos: cui et reuelaret
magna eccľie / Christiq̄ʒ sacra
mēta: ꝛ angelicas visiones et
allocutiones exhiberet. Nulla
horū ratio assignari potest: sed
sola diuina volūtas. Ut Apo
stolus tractās de charismati-
bus spiritussancti ad Corin-
thios ait Hec oīa operat̄ vnꝰ
atq̄ʒ idē spiritus diuidens sin
gulis prout vult. Idē ad Ro-
manos de predestinatiōe scri-
bens dicit: cuius vult miseret̄
ꝛ quē vult idurat. Dicis itaq̄ʒ
mihi quid adhuc queritur: vo
lūtati eīn eius quis resistet. O
homo tu qui eius quis resistet.
O homo tu q̄ es qui respon-
deas deo. Nunquid dicit fig-
mētū ei qui se finxit. Quid me
fecisti sic. An nō habet pote-
statē figulus luti ex eadē mas-
sa facere aliud quidē vas ī ho
norē: aliud vero in cōtumeliā.
Tētator. Ergo tu ceteris san
ctior es. Respōdi. Gra hec p
phetica nō hoīem sanctificat:
imo sepe peccatoribꝰ cōcessa
est: vt in lib Numeroꝝ de Ba
lam legitur: qui licet pphetā-
uerit: malus tn̄ fuit. Et dn̄s
noster ī euāgelio sic ait. Mul-
ti dicent mihi in illa die. Dn̄e
dn̄e nōne in noīe tuo pphetā
uimus? Et in noīe tuo demo-
nia eiecimus? Et in noīe tuo
virtutes multas fecimus? Et
tunc ꝯfitebor illis: q̄ꝛ nunq̄ʒ no
ui vos. Discedite a me oēs q̄
opamini iniq̄tatē. He scʒ gra
tie gratis date ad alienā potꝰ
vtilitatē q̄ʒ ad propriam cōce
duntur. Prestantius eīn mul-
to est minimū charitatis gra-
dū: q̄ʒ oīns gratias gratis da-
tas possidere: testāte Aposto
lo Si linguis hominū loquar
et angelorū: charitatē aūt nō
habeam: factus sum velut es
sonnās: aut cymbalum tiniēs
ꝛc. ¶ Tentator Audiui te sa
qui quarūdam mulierculārū vi
siōes: tibi ea q̄ p̄dicas dictam-
tium. Respondi. hoc neq̄ʒ ve-
rum esse neq̄ʒ verisimile. Nam
vt publice in ciuitate constat
mulieres rarissime alloquor.
tūq̄ʒ etiam breuibꝰ eas expe-
dio norūtq̄ʒ cōfratres mei q̄ʒ
difficilis ꝛ inuitus ad eas acce
dam nec alicuius earum vnq̄ʒ
audio confessionem peccato-
rum Insuper cum ille sua na-
tura mobiles arcanum nullus
celare valeant: credibile est q̄
tot annos res hec latere non
potuisset. Preterea noui ea

rum testimoniũ:scripturis ra=
ro insertũ:licet nõnulle ꝓphe
tasse legantur. Quod ea cau=
sa a deo factum puto:ne illa=
rũ testimõio multũ imitamur:
q̃uis id quoq; nõ sit penitus
aspernandum:sicut scriptũ est
Prophetias nolite spernere.
Ratio autem est ꝙ cum mulie
res sint imperite:⁊ sua natura
hebetis iudicii:⁊ volubiles ac
fragiles:ad vanã gloriã quo=
q; procliues:demonũ astu cir=
cũueniri se facile sinũt. Quibꝰ
michi cõpertis ne credas ꝙ il
larũ ꝓphetiis fidẽs:coram tan
to populo eas cõstãtissime as
seuerarẽ. Quotiẽs eñ prenũ=
ciata nõ euenirẽt magnũ fidei
discrimen et dei cõtemptus:in
me vero ignominia ⁊ grauissi
mũ detrimẽtum redundaret:
¶ Tentator. Aliqui affirmãt
te ꝑcipũ amicitia vti:quorum
secretis cognitis q̃ facere intẽ
dunt ipse predicas. Respondi
Scio quanta instabilitate hu=
mane mẽtes ⁊ maxime princi=
pũ corda voluãtur. dũ sepius
pro varietate tẽporũ immutã
tur. Itaq; ⁊ michi et cuilibet
stultitie imputandũ esset:si q̃ñ
etiam eorum secretis habetis:
sup ipsorum dispositione mea
verba firmarem:cum maxime
pro mortali cõditione possint

quauis hora vitam finire:pre
ter alia ĩpedimenta aut alioꝝ
obstantium principũ:aut infir
mitatũ:aut humanarũ varieta
tum singulis diebus ⁊ tempo=
ribus cõtingentia. Idcirco q̃
eis vel per eos vẽtura sunt a
deo sunt incerta:vt ad ea oĩa
infallibiliter congnoscenda et
prenũcianda nõ angelicus in
tellectus:nedũ humanus suffi
cere possit. Scire eñ oporte=
ret circũstantias oẽs ⁊ impedi
mẽta que accidere possent et
de eorum:euẽtu in vtrãq; par
tẽ certissimũ esse. Hec autẽ so
lus deꝰ nouit:q̇ vocat ea que
nõ sunt tanq̃ ea q̃ sũt cuius q;
oculis omnia sunt presentia.
Extreme igitur esset demẽtie
futura tã inani astruere fũda=
mẽto. ¶ Tẽtator. Alii dicũt
ꝙ pleriq; ciues tibi secreta re
giminis Florẽtini pandunt et
sic mlta archana:et dispositio
nes alioꝝ ꝑncipum cognoscis:
